Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

In uiā gentiū ne abieritis. et in ciuitates samaritanorū ne in
trauerītis. OMELIA BEATI G. P. de eadē lect.

Cum constet omnibus frs kmi quia redemptor nr̄
in mundo pro redemptione gentiū uenit. cū sama
ritanos cottidie ad fidē uocari conspicimus; quid
ē qđ in pdicatione discipulos mittens dicit. in uiā gentiū
ne abieritis. et in ciuitates samaritanorū ne intrauerītis.
sed potius ite ad oues que perierunt domus israhel. nisi
hoc qđ ex facti fine collegimus. quia prius soli iudeę uolu
it. et postmodū cunctis gentibus pdicare ut dū illa con
uerti uocata renuerit. pdicatores sci aduocationē gen
tiū p ordinem uenirent. quatenus redemptoris nr̄i pdi
catio a propriis repulsa. gentiles populos quasi extraneos
quereret. et qđ iudeę fiebat in testimoniū. hoc gentib
grē eēt incrementū; Erant etiā tunc qui de iudea uo
candi eēnt. et de gentibus uocandi non eēnt; Nam et in
apostolorū actibus pdicante petro legimus et prius he
breorū tria milia. et postea quinq; milia credidisse. Et
cū pdicare apostoli gentibus in asia uoluissent. p spm
prohibiti eē memorantur; Et tamen ipse sps qui prius
pdicationē phibuit. hanc asianorū cordibus postmodū
infudit; Nam diu est qđ asia cuncta iam credidit; Idcir
co prius phibuit qđ postmodū fecit. quia tunc in il
la erant qui saluandi non erant. Tunc in illa erant q
nec dū ad uitā reparare merebant. Nec tam grauius
de contempta pdicatione iudicari. Subtili ergo occul
toq; iudicio quorundā auribus pdicatio sancta sub